


CIVITATVM
PRAE CIPVARVM
TOTIVS ORBIS
PARS SECUNDA.

NATOLIÆ BELERBATVS.



Lgirum, ciuitas olim celebris ob templum Dianæ.

Algirum.

Chalcedon, hodie Scutari, antiquitus frequentata ab Imperatoribus Græcis.

Chalcedon.

Spiga, olim Zizigum, celebris insigni Echo, vbi Poetæ fingebant Nympham conuersam in saxum.

Spiga.

Troia, huius reliquiæ aut potius vestigia ab incolis ostenduntur. Hæc præ omnibus aliis à Poetis fuit celebrata. Nec vlla celebris ferè reperitur ciuitas in Europa, quæ nobilitatis ergò originem suam non deducat à Troia, tanquam si ab ea orta eslet omnis gloria vniuersi mundi.

Troia.

Smirna, ciuitas mercaturâ celebris: hęc licet à Barbaris sit habitata, tamen gloriatur de Homero tanquam suo, cuius etiam sepulchrum cum Epitaphio Græcis literis descripto ostendunt. Ciuitas magni momenti. Hic residet Sangiacus quidam.

Smirna.

Siuriasser, Sangiacum habet.

Siuriasser

Figena, olim Ephesus, extructa ab Epheso, vna ab Amazonibus, celebris templo Dianæ, in cuius ædificatione

Figena.

laborauit tota Gr̄cia 30. annis. Huic templo ob excellētiā Xerxes Rex pepercit, licet inimicus esset omnis religiōnis. Combustū tandem ab Crisistrato nominis propagandi gratia. Hic refugium erat insigne delinquentium, auctū posteā ab Alexandro Magno, ablatum verò ab Augusto. Celebris philosopho Heraclio, Parmenide, Democrito, Pythagora, qui in hac ciuitate Philosophiam docuerunt.

Palatia.

Melissus,
antiquis
Miletus.

Cacaunus
antiquis
Alicarnassus.

Tabia.

Gnidus.

Fiscum.

Pergamū.

Nicea.

Palatia, ciuitas vna ex maximis Natoliæ.
Melissus, antiquis *Miletus*, olim celebris atq; ex præstātissimis Asiæ, quæ cùm citò præstantiā amitteret, præbuit occasionē proverbi huius: *Fuerunt strenui olim Milesi*. Hic celebre fuit erectum templū Deæ Cereri. Hinc oriundus Thales Astrologus, Timotheus Musicus, Anaximander Physicus, qui primi Philosophiā à Barbaris transtulerunt in Ioniam. Hic lana est præstantissima, ex qua tapetes omnes per Italiā, Poloniā, &c. celebrari solent, parantur.

Cacaunus, antiquis *Alicarnassus*, celebris olim propter sepulchrum Reginæ Artemisiæ, in honorem mariti Mansoli; cuius adhuc supersunt aliquæ reliquæ. Patria est Herodoti Historiographi celeberrimi.

Tabia, hic panni eius, qui vocari solet *Tabi*, magna conficitur copia. *Gnidus*; hic celebre fuit Deæ Veneris templū.

Fiscum, optimum habet portum, metropolis Brichia, antiquitus dictæ Litiæ.

Pergamum, hic Rex Attalus regnauit, qui primus dicitur Romanis præbuuisse ysum scribendi in membrana, cū anteā scribebent in corticibus arborum, & tabulis cereis. Hinc quoq; oriundus Galenus Medicus celeberrimus.

Nicea; Hic Turcæ disiecti sunt à Godefrido Bolionæo-

cùm

cum ad Terram Sanctam recuperandam contuleret.
Hic quoque concilium fuit celebratum contra Arrium.

Beazar, hic fontes scaturiunt salsissimi.

Angori; hic pannus, vocatus *Zammelot*, conficitur
præstantior, quam in illis aliis locis Orientalibus.

Magresia, hic residet Sangiacus.

Cutea, olim *Iuliopolis*, caput Galatiarum. Hic residet Be-
lerbeus Natoliæ, ad quem Turcarum Imperator mittit fi-
lios ad militarem artem exercendam.

Bursia, ciuitas, vicina monti Olympo, Metropolis By-
tiniæ. Extracta ab Annibale ibi extante. Hic Turcae pri-
mum constituerunt sceptrum sui imperii. Hic panni con-
ficitur magna copia. Optima hic extracta Muschea in ho-
norem Ottomanni I. Turcarum Imperatoris.

Sinope, hic à Turciis maxima emitur æris copia, clara-
que est ob Mitridatem, qui 22. norat linguas.

Trapezuntium, hodie regitur à Sangiacco, olim prin-
ceps huius loci usus est titulo Imperatoris.

Amasia, hic residet Belerbus huius regionis: olim præ-
cerat Metropolitanus quidam, utrquam potestatem habens
ecclesiasticam & secularem.

Tascia, celebris ob victoriam, quam contra Techel-
lum Persam obtinuit Iunus Bascia.

Toccatum

Suuas

Ianicum

Chormuris

} ciuitates insignes sunt, quarum

singulis præst Sangiaccus.

Beazar.
Angori.

Magresia.
Cutea.

Bursia.

Trapezuntium.

Amasia.

Toccatum
Suuas
Ianicum
Chormuris

CARAMANIAE BELERBATVS.

Satalia.

Satalia, ciuitas valdè illustris, intra sinum Attalicum. Hic residet Sangiacus, conficiunturq; tapetes excellentes.

Satalia antiqua.

Satalia antiqua, iuxta precedentem reperitur, magna ex parte vndis submersa.

Candelonā.

Candelona, ab aliis Scandaloro; hīc ante aliquot annos residebat Princeps Turcicus, ab Ottomanis electus.

Curcum.

Curcum, fortalitium est è regione Famagustæ.

Iazza.

Iazza. Hīc residet Patriarcha Armænorum.

Cognum.

Cognum, olim *Iconium*, metropolis Licaoniæ. Hic residet Belerbus huius regionis, conficiunturq; tapetes ex lanata excellentes, ut ex serico factæ videantur.

Laranda.

Laranda, ciuitas satis illustris, in qua antequam ab Ottomanno destrueretur, residebat Princeps Caramaniæ. Sita est in monte Cortestani. Valdè munita.

Tarsus.

Tarsus, hīc olim floruerunt studia: hanc quoq; ciuitatem ornauit D. Paulus Apostolus.

Anchiola.

Anchiola; hīc sepulchrūm fuit Sardanapali vltimi Regis Assyriorum, cum Epitaphio, *Ede*, *bibe*, *lude*, post mortem nulla voluptas: hodie reliquiae ciuitatis tantum supersunt.

Tiana.

Tiana, huius etiam tantum videntur reliquiae: hīc natus est Apollonius Tianæus Philosophus & Magus.

ANADAVLIÆ BELERBATVS.

Maras.

Maras, olim Mœtica. Hīc residet Belerbus huius regionis.

Adana.

Adana, hīc sedem habet Sangiacus.

CYPRVS IN SVLA.

Papphus.

Papphus, hīc olim adorabatur Venus in forma vmbilici,

lici, atq; circum circa non pluebat: quod Diabolicis illu-
sionibus ascribendum est.

Famagusta, ciuitas magni momenti, portum habet *Famangu*
optimum: Nec aliud in tota insula est præter hunc. Anti-
quitus dicta fuit *Salamina*. Hæc semper restitit per mare &
per terras, viribus Turcarum, tandem ob defectum muni-
tionis coacta fuit sese tradere Mostafa eoru generali, qui
cōtra pacta insignē in hac ciuitate exercuit tyrannidem.

Nicosia, in mediterraneo loco sita: antequam à Tur- *Nicosia*.
cis vastaretur, ciuitas fuit valdè illustris, & plena equitib.

SYRIA hodiè SORIA.

Soldina, olim *Seleucia Pieria*, non longè sita à fluuio *Soldina*.
Farfarō, dicto *Oronte*.

Tripolis; hîc residet Patriarcha Maronitarum: Empo- *Tripolis*.
rium insigne, ad quod omnes merces deferuntur ex Ori-
ente, regitur à suo Sangiacco.

Barutti, ciuitas magnæ negotiationis, hîc tempore *Barutti*.
Imperatorum Christianorum, floruit studium LL. Ro-
manorum. Hic quoq; S. Georgius interfecit Draconem.

Sidon, celebris ciuitas apud antiquos, ob vitri artifi- *Sidon*.
cium: Hic Saluator mundi sanauit filiam Cananeæ.

Sor, olim *Tyrus*, antiquitus valdè celebris, inexpugna-
bilis penè erat, vt expertus est Alexander Magnus: Hic
quoque tingebatur purpuræ ingens quantitas. Fuit Ro-
manis fidelissima, vnde meruit à Seuero Imperatore pri-
uilegium libertatis, instar ciuitatum Italæ.

Acris olim *Ptolomais* hic propter templum S. Sabbæ or- *Acris*.
ta est lis inter Venetos, & Geneuëses, quæ causa fuit, vt Ma-
humetani in hisce regionibus dominatum acquirerent.

Tachia.

Tachia, olim Antiochia, à Rego Antiocho, qui ciuitatem hanc post mortem Alexandri Magni restaurauit, cùm anteà vocaretur Reblata. Hic olim viguerunt studia Græca & Syriaca: Fuitq; ciuitas vna ex maximis totius mundi. Hic S. Petrus primùm sedem fixit. Hic quoque primum concilium celebratum. Hic resident Patriarchæ duo, quibus obediunt multi Christiani Asiatici.

Aleppum.

Aleppum, emporium excellens, ad quod omnes merces deferuntur, quæ Damascū aduehi solebant: alluitur rāmo vno fluuii Eufratis, quem eò adduxit quidam ex Sultanis eorum. Hodie hīc resedit Bascia quidam.

Sardinalis.

Sardinalis, à Christianis solis colitur. Hic cum magna deuotione inuisitur imago B. Virginis, nō tantum à Christians, sed etiam à Mauris; quia cùm exudet continuò li- quor, is effectus producit admirabiles.

Dama- scus.

Damascus, metropolis Syriæ, pulcherrima totius Orientis, antiquissima, hortis pulcherrimis cincta. Hic resedit hodie Belerbus, qui & huic regioni præst vnā cū ludæa: anteà regebatur à Calisis, atq; olim à Regibus Syriæ.

PALESTINA siue TERRA

S A N C T A.

Cesarea; hic Angelus percussit Regem Herodem, & S. Petrus baptizauit Cornelium centurionem.

Zapphus.

Zapphus, olim Ioppe portum habet insignem, ad quem appellunt peregrini, qui ex nostris regionibus profiscuntur in Terram Sanctam. Hac ciuitatem existimârunt nōnulli antiquorum fuisse primam totius mundi, sed falsò. Hic olim adorabatur Dea Atargatæ in forma piscis, ideoque antiqui Syri non vescebantur piscibus. Hic etiā

Andro-

Andromeda filia exposita fuisse traditur Orco marino, licet alii putent id factum fuisse in Æthiopia.

Ascalon; hic Sampson plurimos occidit homines.

Gazara, restaurata est ab antiquis Persis. *Hic Sápson noctu portas ciuitatis abstulit.*

Sebaste, caput Samariæ: hic propè ciuitatem peregrinis ostenditur puteus Iacob, vbi Saluator noster Samaritanam allocutus est.

Neapolis, Hic concilium celeberrimum fuit tempore Regis Balduini.

Arcas, Hic fluuius Sabbatarius magnâ furiâ & strepitu aduexit 6. diebus continuis lapides, quiescens solummodo in Sabbato: qui cursus post Euangelium cessauit.

Safet, ciuitas magnæ negociationis, à Iudæis habitata, qui ibi incepérunt optimos pannos conficerē ex lana, quâ abundat hæc Regio. Nituntur quoque usum antiquæ purpuræ, quæ tingebatur Tyri, inuenire.

Tabaria, olim *Tyberias*, ad lacum, vbi Christus Divinitatem suam ostendit, ventis imperans. Hæc ciuitas à Señim II. data est matronæ cuidam Iudææ, dictæ Gratiola, ad inhabitationem Iudæorum, ex locis diuersis.

Naim; hic à mortuis resuscitauit Saluator noster filium viduæ.

Seforum, hinc originem traxit S. Anna.

Betsaida; hic Saluator mundi maximam multitudinem hominum pauculis panibus saturauit.

Candelaña, hic erumpunt optimæ thermæ.

Cafarnaum; hic plurima miracula fecit Saluator noster.

Ascalon.
GAZARA.

Sebaste.

Neapolis.

Arcas.

Safet.

Tabaria,
olim *Tyberias.*

Naim.

Seforum.
Betsaida.

Candelaña
Cafarnaum.

Ebron.

Ebron; hic antiqui patres elegerunt locum sepulturae; narratq; Biniamin, visitari ibi à Iudæis & Mahumetanis sepulchrum Abrahami, supra quod nocte & die ardet lāpas. Circa hanc ciuitatem Cain occidit fratrem suum Abel, vnde adhuc terra ipsa rubedinem seruat.

Hiericon.

Hiericon, huius muri ceciderunt ad sonum tubæ Iosuæ. Antiquis ciuitas fuit celebris ob pretiosissimum liquorem Balsamum.

Betulia.

Betulia, hic ludithe occidit Holofernem.

Nazareth.

Nazareth, hic B. Virgo salutata ab Angelo, concepit verbum æternū IESVM CHRISTVM, Saluatorem mundi.

Rama.

Rama, hic maxima crudelitate occisi sunt pueri innocentes.

Bethlehem.

Bethlehem, hic natus est Saluator mundi IESVS CHRISTVS æterni Dei filius, verus Deus & homo.

Betania.

Betania, hic Lazarus quadrituanus à Saluatore nostro à mortuis resuscitatus.

Nicopolis olim Emaus.

Nicopolis, olim *Emaus*, vt volunt nonnulli; hic appa- ruit Christus in forma peregrini duobus discipulis.

Hierusalem.

Hierusalem, hodiè à Turcis vocatur *Gozum Berech*; Exstructa putatur hæc ciuitas à Melchisedech. Celebris fuit olim ob Prophetas, Reges antiquos, Templū Salomonis, miracula plurima, quæ Deus ibi ostēdit. Hodiè hic visitur sepulchrum sanctum, in quo Saluator mundi sepul- tus fuit. Huc præter Hebræos & Mahumetanos Templū Salomonis aut potius Muscheam cuiusdam Calisæ vittá- tes, cōcurrunt omnis generis Christiani, vti Latini, Græci,



HIERUSALEM.

Armeni, Gregoriani, Nestoriani, Iacobitæ, Syri, Indi, Nubici & Abassini, quorum singuli suas hic habent capellas sumptuosè extructas, viuunt autem Christiani sub tributo, quod Turcis pendunt quàm maximum singulis annis. Hic quoq; singulis annis in hebdomada Sancta magnum illud cernitur miraculum noui luminis, dū lampades, que ardebat, extinguitur. Nam hora resurrectionis Christi iterum omnes accenduntur, in facellis Christianorum. Varia nomina habuit hæc ciuitas, inter quæ *Luza*, *Iebus*, *Salem*, *Hierusalem*, *AElia*, ruinā passa ab Assyriis, Ægyptiis, Chaldæis, Macedonibus, Romanis, Persis & Saracenis, à quibus cùm vltimò recuperata esset opera Godefridi Bulhonæi, constitutaq; caput regni; posteà capta fuit à Saladinô Sultano Cayri, demum operâ Selini I. venit ad imperium Turcarum, non sine ignominia Principum Christianorum.

CHALDÆA.

Cufa.

Cufa, à Mahumetis dicitur *Messalle*. Hic festiuitatem Mahumeti celebrant, non legislatoris, sed alterius, quem vocat Mohalim, hoc est, consolatorem, cui offerunt quotannis vnum equum ornatum auro & gemmis, tantâ pompa, ut maiorem videre non sit in toto orbe, credentem eum prophetam, atq; adhuc viuentem.

Horco.

Horco, anteà *Hur*, hic dicitur Ahrahamus nolens adorare ignem, proiectus in ardente fornacem, vnde illæsus per diuinum miraculum egressus est.

Bagaded.

Bagaded vel Babylonie.

Bagaded, reliquiæ sunt antiquæ Babyloniaræ, quā Turcæ

vocant

vocant *Satyroī*; Hic turris illa ex celsa à Memnon adiūcari cœpta, confusio linguarum orta. Horri quoq; pensiles à Semiramis extructi. Adeo autem fuit diues hæc ciuitas, vt Rex Persarum, postquam à Cyro subiecta fuit, tantum ex



hac sola ciuitate reciperet, quāti valebat tertia pars reddituum ipsius regni. Hic olim floruit Philosophia & Astrologia. Superata & capta fuit ab Alexandro Magno, postea venit ad Parthos, hinc destruxta à Persis, deinde 18. auri millionibus restaurata à Bugiafar Califa, inde expugnata ab Allao Tartaro, qui & ibi occidit Mustacem Monbilam ultimum Califam. Hodie hic residet quidā Baschia ex parte Turcarum, sed cum iurisdictione alterius cuiusdā, qui sibi etiam arrogat titulum Califæ.

DIARBECCAÆ BELERBATVS SIVE
MESOPOTAMIA.

Caramit, ciuitas magni momenti, olim habuit muros *Caramit*.

ex nigro

ex nigro lapide constructos, vnde & illi nomen; poste à ve-
rò restaurati sunt à Solimanno lapidibus albis. Hæc ciui-
tas est valdè populosa, habitataq; à Christianis Græcis,
Armenis, Nestorianis, Iacobitis, retinentque adhuc cā-
panas intēplis, quibus usi fuerunt à temporibus Balduini.

Madrin.

Madrin, ciuitas magna, circuitum habens 4. millia-
rium, hodie sub est suo Sangiacco, residetq; hic Patriarcha
Chaldæorū, qui ante à re sedit Antiochiæ, cui subsunt præ-
lati quām plurimi. Hi celebrant missam lingua Chaldæa,
& in pane azymo aliquibus tantum ceremoniis à Romana
differentem. Hi non negant primatum pontificis Roma-
ni, sed quia subsunt infidelibus, tantumq; à nobis distant,
ideò ei obedire nō possunt. Hic quoque non ratiō residet
Patriarcha Græciæ, qui etiam Damascū migrat sāpē, cui
cum multis Episcopis obedit Metropolita Georgianorū.

Asencefa.

Asencefa, ad ripam Tigri fluuii, hic residet Bolerbus,
qui etiam sāpē migrat Caramit. Pontem habet valde al-
tum, ita ut quantuscunque sit viris, qui in imo pontis sit,
appareat iis, qui in suprema pontis parte versantur, instar
pygmæi.

Nisbin.

Nisbin, forsan *Niniue*. Hic Jonas prædicauit destru-
ctionem ciuitatis. Antiquis longa scribitur fuisse dierum
itinere. Iam castellum est exiguum.

Orfa.

Orfa, ciuitas illustris, cum suo Sangiacco, vocata fuit
Carre. Huc fugit Abraham fugiens ex Hur. Hic quoq; obiit
M. Crassus, dum contra Parthos pugnaret. Hic Mauri ex-
truxerunt Muscheam valdè pulchram, sub nomine Patri-
archæ Abrahami. Prope hanc ciuitatem oritur fons, quē
Mahometani vbique vocant aquam Abrahami, qui ab

Orien-

Orientalibus dicitur omnes, qui cum deuotione cum ingrediuntur, curare à febre: præterea & puteus ibi esse scribitur, qui à lepra curat eos, qui in die quinquies sese aqua eius lauerint.

Rochais, antiquitus *Edeßa*, hîc olim regnauit Zenobia Regina.

Sumisca-sach, admirabile & totius Orientis fortissimum habet castrum.

ARMENIA MAIOR siue TVRCO.

M A N I A.

Essechia, antiquis dicta *Artasata*, olim Metropolis.

Van, anteà ciuitas ampla, posteà à Tartaris destruēta, posteà ab iisdem suis inhabitata, deinde tributaria extitit Persis: hodiè Turcis subest, vbi etiam insigne est cōtra Persas præsidium Turcarum, residetque hîc Belerbus. Sita est prope paludem Martianam, in qua tempore Quadragesimæ magna est copia piscis Tarichii, qui siccatus addiuersas Oriētis partes defertur; cùm reliqua parte anni nullus planè ibi reperiatur: quod consideratione non caret.

Arminig, metropolis Armeniæ, habitata omnino à Christianis.

ASSYRIA siue ARZIRI BELER-

B A T V S.

Serta, ad ripam fluuii Tigris sita est.

Arzerum, metropolis est Assyriæ: hîc residet Belerbus huius regionis, cui continuacertario cum Persarum Rege.

Arbella, hîc Darius viētus fuit ab Alexandro Magno.

Mosal, ad oram fluuii Tigris: Hîc residet Patriarcha Nestorianorum, qui magnum habet dominium in India

Rochais.

Sumisca-sach.

Essechia.

Van.

Arminig.

Serta.

Arzerum

Arbella.

Mosal.

& Catalo, creatque ibi duos Metropolitanos aut Patriarchas cum pluribus Episcopis.

SERVIA sive MEDIA.

Bacca.

Bacca, ciuitas maritima, vnde nomen Mari Caspio, magna negociationis: huc plurimæ naues appellūt ex Media.

Seruan.

Seruan, ciuitas insignis, in qua magna conficitur seri ci copia, quæ deinde per Rusciam dispergitur, & Orientem terè vniuersum.

Sumachia

Sumachia, ciuitas valdè celebris, metropolis Sumachiæ, quæ anteà habuit suum Principem peculiarem.

Soltania.

Soltania, anteà *Trigrinocreta*; hîc pulcherrimum est Mahumetanorum templum (solent autem templa sua Moscheas appellare) vnde propter eius mirum ornatum non fuit à Tamurlano vastatum.

Arduin.

Arduin, patria Ismaëlis Sophi.

Tabris.

Tabris, corruptè dicitur *Tauris*, extructa ab Arsafat, in Oronte monte, posteà à Seleuco restaurata. Metropolis est Imperii Persarum. Olim vocata est *Echatana*. Hîc excellētissimi sunt omnium rerum artifices, vnde Solimanus, cùm eam cepisset, bonam partem duxit Constantiopolim. Hîc palatium est Astibisti admirabile extructum à Rege Assambeo ad similitudinem antiquæ aulæ Cyri. In hac depieta sunt plurima gesta Regum Persiæ. Hæc enim gens à picturis non abstinet, vnde etiam hic viget Mathematicæ disciplinæ. Hîc Rex Persarum Sophi dictus sedem suam figit.

Merent.

Merent, ciuitas ampla, antequā à Tartaris esset vastata.

Arcadenò.

Arcadenò; huius incolæ magna ex parte sunt Armeni, & Christiani catholici.

Cuerche,

Cuerche, hīc fons est, qui lepram curare dicitur.

Cuerche.

Straua, celebris ciuitas ob mercatorum copiam ex oriente concurrentium, tam Mahumetanorū, quam Christianorum ex Moschouia, distrahiturq; hīc magna copia Serici per Tartariam & Russiam; prætereà & hic orizæ magna colligitur copia.

Straua.

Nirmedon, ad fauces fluuii Tensi.

Nirmedō.

Corazzan, minor anteà *Hircana*, hīc anteà proprius Rex sedem habuit, qui à Sabba Tartarorum Imperatore disiectus mouet bellum Regi Persarū, a quo victus capite truncatus est.

Coraz-
zan.

GEORGIANO REGIO.

Tiflis, ciuitas non valdè remota à flumine Arais, qui nauigabilis est, exoneraturq; in mare Bacù.

Tiflis.

Bascapan, hīc solet residere Princeps, qui anteà Persæ, nunc vero Turcæ est tributarius.

Bascapan

MENGRERIA siue COLCVS.

Aluati, ciuitas anteà magnæ negotiationis.

Aluati.

Fassum, ad fauces fluuii Fasi, celebris apud Poëtas per nauigationem lafonis, aureumq; vellus.

Fassum.

CIRKASSIA.

Coppa, anteà *Rombite*, in hanc ciuitatem copia deferri solet mancipiorum venalium.

Coppa.

Cromuchum, in mediterraneo loco situm est.

Cromu-
chum.

ALBANIA siue ZVRIA.

Schamacha, hīc serici conficitur magna copia.

Schama-
cha.

Derbent, olim *Alexandria*, iacet ad portas Cancaseas, quas alii non rectè vocauere Caspias.

Derbent.
olim *A-*
lekādria.

ARABIA PETREA.

Catharinæ monasterium.

Catharinæ monasterium in monte S. Synai, in hoc monachi sunt S. Basili, qui singulis annis cum maxima deuotio- ne celebrant festum Gloriosæ virginis Catharinæ, ardent que continuò tredecim lampades ante altare. Hic corpus quiescit huius virginis.

Arach.

Arach, anteà dicta *Petra*: hic adhuc aliquæ supersunt reliquiæ Christianorum à cingulo denominatorum.

Herorum.

Herorum, ciuitas olim magnæ negociaitonis, dū flo- reteret Ægyptus, celebris vniuerso mundo, cùm vndiq; ex Oriente eò veherentur merces: sita est ad strictū Sues di- ctum.

ARABIA FOELIX.

Imbum.

Imbum, ciuitas magnæ negotiationis, in qua exone- rantur omnes merces, quæ Mecham vehūtur, tam ex Oc- cidente, quam ex Oriente.

Medina.

Medina, à Mauris dicta *Talnabi*, quasi *Prophetæ ciuitas*, celebris apud Mahometanos, ratione fugæ & sepulchri Mahometis. Est autem Mahometis sepulchrum nō in aë- re suspensum (vt vulgò fabulantur) sed in terris catenis vinclatum, ne forsan rapiatur ab aliquo. Non est autem in Mecha, vt communiter dicunt, Mahometi sepulchrum.

Danchali.

Danchali, prope hanc ciuitatem est mare arenosum siue sabulosum, iuxta quod proficisciētes mercatores vtū- tur pixide nautica, tanquam si per mare periculosum pro- fisciscūtur. Et reuera patiuntur pericula plurima, debentq; supra camelos certis cistellis inclusi vehi, in quib. existētes aërem hauriunt per foraminula. Quod si ventos habeant aduersos, submerguntur omnes homines arena.

Mecha,

Mechia, ciuitas illustris, magnaq; negotiationis, tem-
plum & turrim habet Abrahamo attributum. Hic aqua est
Abezzazon, quam sanctam existimant, quia ex ea bibit Agar. Hanc ciuitatem sanctam existimant Mahometani, id-
eóq; à nullis nisi Mahometanis eam videre licet. Itaque
Christianis aliisq; cuiusq; religionis hominibus, etiam to-
tam Orientem per agrandi potestatem habētibus hanc ci-
uitatem ingredi est capitale. Lapis quoq; hic ostenditur ab
eorum Sartonibus, in quo dicitur Agar sedisse: atq; ab hoc
fingunt lapide Mahometem volasse in Paradisum, ideoq;
à multis peregrinis Mahometanis hæc visitur ciuitas.

*Mecha.**Sana*, ciuitas non vulgaris est.*Sana.*

Damarcana ciuitas, aërem habet optimum, est ex pul-
cherimis Arabiæ.

*Damar-
cana.*

Zibitta, Regem habet proprium, qui hodiè tributari-
us est Turcæ.

Zibitta.

Adem, ciuitas, principem habuit propriū, qui per frau-
dē occisus est operā Solimanni Belerbi Cairensis, qui ciui-
tatē occupārat, cùm antea esset Lusitanorum: hodiè sub-
est Motoar Regi de Hieman, qui eam cepit à Selim II. Hæc
ciuitas clavis est huius Orientis, magnaq; in ea mercatura
aromatū & Zibetti.

*Adem.**Fartacū*, regem habet proprium.*Fartacū.*

Calaiate, in regno Motoar, huc mercatores maximam
ducunt quotannis multitudinem pro India.

*Calaiate.**Gubelchama*, hic residet Rex.*Gubelchama.**Amansifilirina*, proprium habet regem.*Amansifi-**Alibinali*, metropolis suæ regionis.*lirina.**Moffa*, ciuitas regia est.*Alibinali.**Moffa.*

Lazzach.

Lazzach, h̄ic magna negotiatio equorum, & aquæ rosaceæ, quæ vehuntur in India.

ARABIA DESERTA.

Bassora.

Bassora, anteà Regem habuit, Lusitanis tamen subiectum; Iam præsidium h̄ic habet Turca, cùm aliquot tritemibus: quæ aliquando ad Ormus vsq; excurrunt.

CVSSESTAN, REGNUM CVSÆ,
olim Susiana.

Saura.

Saura, sita ad sinum Cenosum.

Susæ.

Susæ, h̄ic olim hyberno tempore refederunt Reges Persiæ.

Cusa.

Cusa, hinc nomen regno impositum.

PER SIA.

Siras.

Siras, anteà Persepolis: Metropolis tam olim quam hoc tempore ipsius Persiæ; Hic residebat Persiæ Princeps, quem Græci citra aliud adiunctum vocabant excellentiæ gratiâ τὸν βασιλέα. Hanc ciuitatem Alexander Magnus incendio destruxit; posteà verò cùm eū facti pœnituisse, iterum eam secundum formam pristinam restaurauit. Maxima est omnium ciuitatum, quas hodiè Mahometani in oriente possident: licet non tam sit vasta & ampla, quam fuit olim, quando Persæ statuunt eam maiorem Cayro: Hic arma militaria conficiuntur optima totius vniuersi, cùm chalybem temperent certarum herbarum succis excellentissimè. Huc etiam appellit conductus carrorum ex Samarcandia vehentium Sericum, Muscum, Rhabarbarum. Mulieres h̄ic sunt pulcherrimæ & delicatissimæ, maximeq; pomposæ: ideoque Persæ affirmant Mahumetem

huc

huc nunquam venire voluisse, timens, se ad infernum descendurum, quod sciret, se à mulieribus abstinere nō posse.

Chiminar; hic reperiuntur picturæ excellentissimæ, quæ videntur esse veteris testamenti.

Saua, metropolis suæ regionis.

Beschent, supra montem altissimum; hic veluti in ciuitate Siracensi conficiuntur optima arma, & hinc adfertur certum genus ferri, quo argentum & aurum trahitur.

Lara, suum habuit Melich, qui titulus est respondens ferè apud nos Marchioni. Licet hoc tempore proprium dicatur habere Regem.

CHIRMAIN siue CARMANIA.

Ormutz, in insula eiusdem nominis, antiquo idioma te Persico significat Dactylum. Hic solebat negotiatio esse q̄ maxima ex Cina, ita ut inde aliquando XL. naues onustæ aromatib⁹ siue specieb⁹ medicamētilq; veherētur. Qui Cinenses tunc temporis negotiationem habebant totius Orientis; Neq; tamen hodiè hæc ciuitas, quando Lusitaniae Regi subiecta est, omnino ab antiqua negotiatione defecit: Cùm Corazzones ex Cataio vehant huc Rhabarbarum & Muscum: Assyri hodiè Azemi dicti, pannos sericos quām plurimos. Eracenses & Mauri omnia aromata & Drogas ex India. Lusitani demum Coralli & panni scarlati copiam magnam. Hinc dicunt Mahumetani, si mundus esset annulus, tunc Ormum fore eius gemmam. Hic resideret Dux belli, qui sinum Ormucensem tutatur ex parte Regis Lusitaniae: Licet & ibi proprius sit Rex.

Chirmain:

Chirmain

Chirmain: Hic maximi totius orbis conficitur pars iunturpanni aurei & argentei. Præterea dicti Scimitarre, quas Turcae vocant Chirminas, apud Orientales in tanta estimatione, ut eos ad pondus auri vendant. Olim dicta haec ciuitas est Carmania: Principem habet potentem, sed subiectum Persæ.

Gadel.

Gadel, una ex præcipuis ciuitatibus huius tractus, magna negotiationis, cum omnes merces orientales hinc deferantur in Persiam.

Macran.

Macran, Regem habet, sed Persæ subiectum.

Cobinam.

Cobinam, hic optima conficiuntur specula.

Iesdi.

Iesdi, hic magna conficitur Serici copia, ita ut toti ferrè Orienti subministret illud. Imò affirmatur à quibusdam mercatoribus nullam transire diem totius anni, quò non elaborentur plures quam librae serici mille: Hinc Angli deferunt copiam magnam serici albi, quod præ sua tenuitate non potest alteri generi panni seruire, quam aureo & velis.

Hispaam.

Hispaam, anteà *Hircatompile*, ciuitas principalis. Olim Regia fuit ciuitas, celebris ob plurimas portas. Huc concurrunt plurimi mercatores Drogæ & aromata deferrentes ex India. Ciuitas haec muros habet ex Creta, non valde fortes, ideoque resistere bombardis (quorum usus ibi incipit) nequientes.

Gnerde.

Gnerde, incolæ gloriantur, se originem habere ab Abrahamo Patriarcha.

I E S S E L siue M A R G I A N A .

Saras.

Saras, ciuitas magna negotiationis, sita ad latus fluuii Eufratis.

Indion,

Indion, olim Alexandria Margiana, ciuitas pulcherri-
ma. Huc misit Herodes Rex Parthorum Romanos quos
captiuos cepit, quum M. Crassum bello superauit. Hodie
hic viget mercatura, ita ut sit ex celeberrimis huius tra-
ctus. Hic valde colitur & potitur lingua Arabica, qua vna
cum Chorazzanis mirè delectantur Iesselenses: licet ipsi
idioma habeant peculiare.

Mirum, vicinum paludi Ossianæ; hic Ismael Sopfi *Marum*.
contra Sabam Chan Regem Tartarorum insigni potitus
est victoria; profligans eum cum toto exercitu.

CHORAZZAN olim BACTRA.

Chorazzan, ad fluuium Mesoram, diuersa ab ea, cuius
suprà meminimus. Dicta à populis Charazzanensibus,
qui venientes ex Scythiae regione dicta Chorazan Indiæ
vicina, ante Tartaros subiugarunt magnam Asiæ partem:
postea verò à Tartaris fuerunt devicti & superti. Hæc
magnam passa est ruinam à Sultano de Bagaded, postea re-
staurata. Proximis annis clapsis iterum magnam cladem
passa est ab ipso Sophi.

Istigias, anteà Carispa, hæc pulchritudine propter con-
cursum variorum mercatorum & situm amplissimum, vin-
cit omnes reliquas huius partis Orientalis ciuitates.

Budasan, olim Baetra, ciuitas celeberrima, in Oriente. *Budasan*.
Mulieres hic pulcherimæ deditæ pompa & ornamentis.

ERIA.

Eri, Persis dicitur Sargulzar, hoc est, ciuitas rosarum,
quarum hic ingens copia colligitur. Metropolis est regio-
nis. Hic vili permutatione venditur Rhabarbarum, Mu-
scus & radix Chinæ. Huc singulis annis appellit cōductus.

carorum tum Anglicanus tum Cataiacensis. Hic residet Satrapa ex parte Sophi.

SIGESTAN anteà DRANGIANA.

Sistan, ciuitas insignis, olim dicta Proplasia. Hic residet Satrapa ex parte Sophi.

Sige; Metropolis anteà adeò populosa & magna, ut huic regno mutauerit nomen antiquum in Sigestan.

Mulet, ciuitas satis nota, ob scelus ipsius Alahodim cum suis affeclis, qui omnem voluptatem promittebant in hoc mundo, & paradisum in sequenti.

Timocain, ciuitas celebris ob pulchritudinem fœminarum, nec non ob fabulam arborum Solis, iuxta quas Persæ olim petebant responsa oraculorum.

REGNUM CABVL olim ARA-
CHOSIA.

Sim, ciuitas valde magna, metropolis cuiusdā district'.

Cabul, metropolis regni, olim dicta Alexandria Ara-chosia, magnæ negotiatio nis, atq; quātitate Cayro æqua-lis. Hic fructus crescunt Cabul dicti, qui plurimos curant morbos, etiam alioqui incurabiles, quos extra regionem deferre capitale est. Huc tanta dicitur aduehi merciū copia, ut nulla in toto oriente ciuitas cū hac cōparari possit.

SABLESTAN.

Candahara; hīc magna negotiatio orientalium rerum, concurrentibus huc non ex India tantum, sed etiam ex Cataio mercatoribus. Hanc dicitur Rex Balassiaæ dedisse Sophi propter subsidium, quod ab eo acceperat contra Tartaros Magoros.

BALASSIAÆ REGNUM.

Balassan,

Balassan, metropolis regionis, ciuitas quam maxima *Balassan*.
ad ripam fluuii Geicon.

Senergian, vicina Balassan ad ripam eiusdem fluuii.

Senergiā.

Bocan; hic residet *Balassan* Rex, quam ideo Mauri hodie vocant Regem *Bocan*: Ciuitas est insignis. In hac ciuitate propter altitudinem Belori mortis hyberno tempore tam ingens est frigus, ut illud etiam insignibus ignibus adhibitis ferre vix queant exteri. Hic magna copia argenti & azuri perfectissimi. Ideoq; non deest infinita quasi mercatorum copia. **G V Z A R Æ R E G N V M.**

Bocan.

Diul, ad ostium fluminis Indi situm.

Diul.

Diu, ciuitas magnæ negociationis, cum merces huius regni hinc deferantur in Zophalam & Malaccam. Significantem insulam, quod nomen impositum fuit propter arcem ibi constructam, quam Lusitani post multas victorias contra Sultanum Cain, Regem Cambaiæ & Turcam obtentas, fecerunt inexpugnabilem. Ideoq; que ibi ingens est Lusitanorum præsidium.

Diu.

Cambaiæ, ciuitas valde illustris, tam magnitudine sua quam mercatorum vndiq; ex oriente huc venientium copia. Sita est ciuitas paululum intra terram, delicatissima totius orientis. Hinc infiniti mercatores negotiantur per totū orientem. Valent atte calculandi, à quibus & occidētales omnes & Arabes charactares acceperunt numero rum. Hic magna visitur drogarum aromatumq; vis.

Cambaiæ.

Daman, hic Rex Lusitaniæ aliam habet arcē fortissimā.

Daman.

Tana, ciuitas anteà valde diues; Lusitanis hodiè paret.

Tana.

Bazaim, Lusitanis subest, vnde Regi ingens lucrum.

Bazaim.

Ardauat, anteà tantæ authoritatis, vt ibi resideret Rex.

Ardauat.

Serchia.

Serchia, antè dicta *Nisa*, extructa à Baccho supra montem *Meron*.

Guzzar-
rat.

Guzzarat, ante à tantæ authoritatis, vt ab ea denominationem ceperit regnum.

Amada-
bar.

Amadabar, cincta maximis desertis. Huc defertur magna copia radicis ab iis vocata *Puco*, quæ est Costus verus, quam Lusitani iam in Europam vixerunt, anteà perditam. Est vna ex maximis Indiæ orientalis valdè delicata Mahumetana, cum magna tamen licentia, ita vt mulieres quæ albæ ibi sint, conuersentur cum exteris.

Cāpanaēl

Campanael, ciuitas fortissima, & ex præcipuis huius regni. Hic cōtinuò eius princeps residet tum propter regionis fertilitatem, tum ob aëris temperiem, aquarumque amoenitatem. Hic princeps adeò est potens, vt sæpè prælio terrestri contra Regem Mandò produxerit triginta millia equitum ferreis albis vestiméatis, omnes aliis præterea bōbardi & muschetis instructos & supra elephantes constitutos: Præterea & classem mari habuerit contra Lusitanos. Coactus tamen elapsis temporibus fuit Badur princeps propter Resbutos populos cōtinuò eum infestantes, atq; etiam Ayaman Regem Tartarorum Magorum sese facere tributarium Lusitanis, iisq; cedere partē aliquam maritimam. Huic Principi seruit magna Eunuchorum & mancipiorum caterua, qui etiam sæpè ad dignitates ascendunt.

REGNUM DECAN.

Vitabat.

Vitabat, ciuitas ad quam magna concurrit mercatorum multitudo ob copiam telæ.

Caul.

Caul, ciuitas nobilis, sub Rege Lusitaniæ, ante paucos

annos

annos obseſſa fuit ab Izzamalucco, ſed fruſtra, reſtitit namque foititer.

Dabul, ciuitas magna negociaſionis, Lufitanis tributaria.

Dabul.

Goa, ciuitas in medio insulæ eiusdem nominis continentis vicinæ in parte Indiae temperatissima, clauis est huius orientis. Hæc negociaſione ſuperat omnes ciuitates orientales, cum ad eam deferantur nauibus Lufitanorum merces omnes totius Europæ, atque etiam insularum Malucarum, atque etiam omnium ciuitatum maritimorum totius orientis. Sub eſt Regi Lufitaniæ, præ eſtq; ei Vicerex, nomine Regis Lufitaniæ, qui maiori pompâ, imò Maiestate vtitur, quam Rex ipſe Lufitaniæ, idq; ob populos Orientales, qui iudicant hominem ex intrinſeco tantummodo. Ciuitas eſt magna, fortis, optimeq; ædificata. Archiepiscopatus hic eſt, cui ſubiecti ſunt reliqui omnes prælati huius Orientis. Hic apud patres Societatis Iefu floret ſtudium linguarum & ſcientiarum. Appellunt autē eō naues ex Arabia & Persia onustæ equis, præterea ex India onustæ rebus Orientalibus, quin imò & ex Maluccis & China. Hic quoq; quiescere ſolet classis Lufitanorum non raro ad ducenta vela. Paucis annis elapsis obſeffa eſt ab Idalcan Principe Mahometano, ſed strenuè defenſa à Don Ludouico Taide.

Goa.

Visapora; hic reſidet Idalcan unus ex potentiffimis hu- ius regni Dominis.

Visapora.

Danager, ciuitas pulcherrima huius regionis, hic propter regionis hortorumq; arboribus exteris conſitorum amoenitatē reſidet Isamalucco Princeps, qui ſolus ex In-

Danager.

dicis amplectitur Sectam Sophianā, vnde dignitatis causa vtitur titulo Seia, quem Sophi ei misit.

Lispor. *Lispor*, celebris ob copiam adamantum, quæ ibi ex aliquibus mineris eruuntur.

Bider. *Bider*, ciuitas principalis, vbi residet Rex quidam.

CANARA REGNUM.

Onor. *Onor*, ciuitas Lusitanis subiecta, vnde singulis annis naues risum vehunt.

Batacalo. *Batacalo*, ciuitas magnæ negociaitonis, tributaria Lusitanorum, & hinc quoque magna defertur rissi & aliarum mercium quantitas per diuersas Indiæ partes.

Gerzopan *Gerzopan*, principem habet Regi Narsingiæ subiectū.

MALAVAR.

Canor. *Canor*, ciuitas magni momenti, proptium habet principem; sed Lusitanæ Regi subiectum.

Calacut. *Calacut*, ciuitas primaria, maximæ negociaitonis, huius princeps vocatur Samorin, quod lingua Malauarica significat Imperatorem, cum sit maximus Princeps Malauariæ. Hæc ciuitas, cum anteà esset maxima, valdeq; illustris, hodiè non parum defecit, quod ei accidisse putatur, quod in principio cum Christianis malè se gesserit.

Chale. *Chale*; hic Rex Lusitanæ castrum extruxit munitissimum, quod potentiam Calecutensis principis non patu deprimit.

Tauor. *Tauor*, Principem habet proprium, iam Christianum factum, obedientemque Ecclesiæ catholicæ Romanæ.

Coccin. *Coccin*, hodiè vna ex celeberrimis Indiæ, velut anteà fuit Calecut. Hic onerantur naues aromatibus in Malauaria crescentibus, quæ Lusitani accipiunt pretio ante lōga-

tem po-

tempora præscripto à Principibus Malauariæ, vti Rege Canonor, Calecuti, Coccin, Colan & Seilar.

Colan, principem habet proprium, vbi Lusitani etiam *Colan*.
habent arcem munitissimam.

INSVLA SEILAN, siue RANDIL.

Seilan, metropolis insulæ, celebris ob piscationē. Hæc *Seilan*.
à paucis annis venit in potestatem Lusitanorum.

Columbus, ciuitas insignis; cum optimo portu, hic ante adorarunt dentem cuiusdam Pagodi, hoc est, Dei illorum; quem iis abstulerunt Lusitani, & puluerisarunt; Hic Rex Lusitaniæ habet arcem munitam. Habitatque totius insulæ Princeps maximus, qui in hac insula sex alios habet Reges tributarios. *Colubus.*

Bembar, hic hodie prædicatur Euangeliū à Iesuitis. *Bembar.*

Maleapar, à Lusitanis S. Thomas dicta ciuitas. Hic visitantur reliquiae S. Thomæ, protectoris Indiæ. Hic à Lusitanis renouata est hæc ciuitas, & ornata pulcherrimis palatiis ad formam Lusitanicam. In templo D. Thomæ ante paucos annos, cum facellum extruere vellent, reperta est crux, quæ singulis annis octo diebus ante festum Nativitatis Christi sudat continuò, imò quandoq; sudor in guttas sanguinis conuertitur. In templo aliquæ erant literæ, quæ cùm amplius in usu non essent, à solis antiquitatis studiosis vna cù lingua ipsa exoleta intelligi possunt. Significabant autem Thomam à filio Dei eò missum ad gentem cōuertendam, dum celebraret tranfixum esse. *Maleapar*

Bisnaga,

Bisnaga.

Bisnaga, metropolis Regni ad ripam fluui Nagundii, olim dicta Regia Pandionis, quatuor millaria continet in circuitu, ornata optimis templis. Hic magna copia gemmarum, quæ ex vicinis locis eruuntur. Plurima quoq; aromata medicamentaq; aliunde aduehuntur. Plurimi mercatores hic, plurima etiam scorta nobilia, quorum aliqua belli tempore soluunt 5000. alia 6000. militum. Princeps huius regionis vocatur Racho, id est, Dominus, habetque alios sub se Reges vasallos. Putaturq; hic Rex habere in singulos dies ultra duodecim millia Pardia, hoc est, Ducatum.

ORISTAN REGNUM.

Vlna.

Vlna, ad magnum quendam lacum; hic cum magna religione, quotannis celebratur festum D. Thomæ, cōcurrentibus vndique multis Christianorū harum regionum.

Orissan.

Orissan, metropolis atq; emporium. Hic sedes est plurimorum Christianorum, cum templo insigni D. Thomæ.

Ramana.

Ramana, ciuitas insignis; huc plurimi concurrunt mercatores ob ebur & gemmas.

MANDO REGNUM.

Mando.

Mando siue *Mandon*, ciuitas regni metropolis, Regem habet proprium.

Moltan.

Moltan, ciuitas insignis: Hic mulieres sunt bellatrices, equitantque calcaribus instructæ.

DELLI REGNUM.

Delli.

Delli, metropolis magna & populosa; hic residet Imperator Mogororum, cui hodiè propter potentiam obediunt omnes Reges Mahometani Indiae Orientalis.

Fatapur.

Fatapur, ciuitas celebris, in qua aliquando residet

Rex

DESCRIPTIO GENERALIS.

527

Rex Magorum. Huc antè paucos annos ingressi sunt locuti cum magno successu religionis.

Tremel, est quasi sanctuarium horum gentilium, id eoque thesaurus hic maior seruatur quam in villa alia parte huius orientis.

Pale, metropolis suæ regionis.

Agora, ciuitas magni negotii, cum sit in via, per quam ex India iter fit in Cataium.

Cheſmūr, hic plurimi student Magiæ; quia maxima pars incolarum est Gentilis.

REGNUM COSPETIR.

Cospetir, ciuitas insignis, Metropolis.

SANGA REGNUM.

Chitor, metropolis Regni Sanga, ciuitas ampla, proprium habet Regem.

Polimbothea, ciuitas maxima, hanc Ganges facit insulam, antiquitus portas habuit ferreas, hodiè munitæ est, nec in eam patet ingressus, nisi per duodecim arcus mirabilis artificio cōstructos; hic studia antiquæ illorum linguæ vigent, in quam tum Platonem tum alios Græcos habent conuersos.

Scernum, in magno fluvio eiusdem nominis, cum dominibus ex ligno supra aquam constructis.

BENGALA REGNUM.

Catigan, ciuitas ad mare in fauibus Gangis sita.

Satigan, ad alias fauces Gangis sita, ciuitas magna negotiationis.

Bengala, ciuitas magna, unde nomen sumpsit sinus quidam maris. Una est ex præstantissimis Indiæ, diues ma-

Pale.

Agora.

Cheſmūr.

Cospetir.

Chitor.

Polimbothea.

Scernum.

Catigan.

Satigan.

Bengala.

Tt

gn̄x̄p

gnæq; negociationis. Hic omnes eas delicias reperire est, quas vel optimæ ciuitates Europæ possident. Pannus hic optimi generis conficitur optimus, optimæ cōfectiones fructuum perfectissimorum omnis generis, quibus abundant hæc regio.

Ouros.

Ouros, ad ripam Gangis fluuii ad lacum ingentem ciuitas illustris, ornata pulcherrimis & sumptuosissimis palatiis, culta tam à Mauris, quām variarum aliarū regionū gentibus. Regis palatum maius est quam Euora in Lusitania, totum ornatum figuris aureis, argenteisq; figuris secundum consuetudinem potius Gentilium, quam Mahometanorum. Rex autem tam potens est, ut per totam Indiam hanc dici soleat, Regem Cambaiæ esse vnum, Regem Narsingæ duo, Regem Bengalæ tria.

Marazia.

Marazia, ad ripam Gangis, hīc magna negotiatio ligni Aloës, auri, argentiq; quæ à Cinensisbus eò deferuntur.

ARACHAN REGNVM.

Arachan.

Arachan, hīc arx est inexpugnabilis, quam frustrà dicuntur obseditse Rex Barniæ exercitu plurium quām trecētorum millium hominum pugnantium, & quadraginta milibus elephantorum.

Aua.

Aua, hīc magna negotiatio gemmarum atque etiam musci, quem eò deferunt in corio eiusdem animalis, populi quidam ex montibus Langoma. Iuuenes huius ciuitatis ad partes genitales solent gestare nolas quasdam aureas vel argenteas, quæ incessus tempore excitare solent concentum quendam, ut pote lascivis valde gratum.

PEGV REGNVM.

Sauolas.

Sauolas, ciuitas sita ad sinum eiusdem nominis, anteā

voca-

vocatum Subaticum. Martrapan, ciuitas insignis, ad fauces fluuii eiusdem nominis. Hic plurima conficiuntur vase, porcellana dicta, licet non adeò perfecta atq; depicta, veluti ea, quæ ex China deferuntur.

Tagala, ciuitas huius tractus non spernenda.

Tauai, ciuitas illustris, loco etiam maritimo sita.

Pegu, hic est sedes Regni, magna hic negotiatio rubinorum aliarumq; gemmarum, sita est ad ripam fluuii Pegu, ædes habet ex canis miro artificio cōstructis. Hic Regium palatium est, quod omnia palatia totius orbis pulchritudine superare dicitur, extructum recenter à Rege Barmæ, in quo insculpta & depicta cernere licet omnia præclarè gesta Regum Orientalium, adiunctis variis animalibus terrestribus, avibus, arboribusq; que, tam extraneis quam familiaribus ad viuum depictis.

Degun, hic Pegunorum Varella (ita templi sua vocant) adeò alta est, ut ex ea ad modum pyramidum Ægyptiarum tota regio cerni possit.

SIAM, aliis SORNAVM REGNVM.

Tenazarim, ciuitas magnæ negotiationis. Non omitenda hoc loco videtur huius ciuitatis consuetudo. Dum enim vir qui spia moritur, vxor eius ornata gemmis, odoribusq; suauissimis ad rogum ex aromatibus constructū, lēta, tripudians occurrit, ibi q; vñā cum cadauere comburitur. Hinc in morte principum & magnatū plures quam decem aliquando sese in rogum induunt, certantes proximatu. Vincit autem ea, quæ magis à marito dilecta fuit, idèòq; & illa prima rogum ingreditur.

Tagala.
Tauai.
Pegu.

Tenazarim.

VRBIVM PRAECIPVARVM

330

Malacca.

Malacca, caput sui tractus eiusdem nominis, plurimas circumcirca habet insulas, fitq; eò concursus mercatorum ex variis partibus. Incolæ Mauri cùm per fraudem ciitraq; omnem rationem iniuriam fecissent Lopesio di Scheira Lusitano, Alfonsus Alborehecce eam à Mauris vi cepit, atq; in potestatem Regis Lusitanix rededit. Hic degit iam Episcopus, cuditur moneta aurea & argentea, cuius anteà ibi nullus eratus, nisi stanneæ magni ponderis, pauciq; valoris.

Cingapura.

Cingapura, ante paucos annos valdè celebris, cùm negotiationem eandem haberet quàm Malacca.

Pan.

Pan, à Lusitanis vastata est.

Patan.

Patan, hic negociantur Cinnenses & Lequii magnam vim auri adferentes.

Lugor.

Lugor, hìc residet quidam Vicerex.

Bäblacot.

Bäblacot, ad fauces fluuii Sian.

Capetit.

Capetit, ciuitas insignis, hic aliis residet Vicerex.

Sian.

Sian, ciuitas ad fluuium Menam sita, ab hac denominationem sumit hoc Regnum.

Odia.

Odia, ad ripam eiusdem fluuii Menan; ciuitas valdè magna, quæ aliquando abegit quinquaginta millia militum optimorum. Hic copiam magna serici & auri quæ eò deferuntur à Cinensibus & Lequiis. Anteà fuit Regia Regis Sian; posteà passa est plurima à Rege Barmæ.

CAMBOIA REGNUM.

Camboia.

Camboia, ciuitas magna, à mercatoribus valdè habitata ob copiam auri, argenti & ligni aloes.

Paida.

Paida, ciuitas magna & populosa.

CAMP-

CAMP A REGNVM.

Campa, ciuitas, in qua magna est negotiatio auri. Campa.

COCINCINA REGNVM.

Cocincina, ad mare, loco valde periculoſo ſita, à merca- Cocincin-
toribus tamen frequentata cum magna ſapè nauium ia- ba-
tura. Sed maius ex hac ciuitate lucrum vnius nauis, quam
ſex ad Cinenses profiſcentium.

Cacum, ciuitas principalis huius tractus. Cacum.

MEDITERRANEA INDIÆ ULTE-

RIORIS PARS.

Cirote, ad cornu orientale fluuii Gangis, hic omnes Cirote.
pueros, quos bello deuicerunt, faciunt Eunuchos, ven-
duntque eos Mahumetanis.

Chiantai, ab hac ciuitate nomen ſumit lacus maxi- Chiantai.
mus Indiæ.

Macini; huius princeps, licet potentissimus ſubiuga- Macini.
tus est à Rege Barma. Huc defertur magna Aloës copia,
cuius id ē quoque mercatus viget.

Diras, ciuitas ex maximis Regni; hic Lasuli perfectiſ- Diras.
ſimi magna copia.

Mien, caput ſui status; hic videtur ſepulchrum Regis Mien.
à relicta vidua constructum, quod ob magnitudinem ex-
cellentiamque à Tartaris omnia alioqui vastate ſolitis, in-
tactum relictum eſt.

Bocan, principem habet proprium Mahumetanum. Bocan.

Barma; potentissimus Rex Indiæ ulterioris hanc pos- Barma.
fidet, qui etiam ſibi ſubiecit Regnum Pegu, ſæpeq; bellum
mouet Regibus Siam & Bengalæ. Hic ex certis herbis pilei

conficiuntur subtilissimi, superantes longè eos, qui ex se-
rico apud nos fiunt.

Iagoma.

Iagoma, propè hanc ciuitatem magna emitur gem-
marum & musci copia.

CANTA, REGIO CHINA.

Nantum.

Nantum, ad ripam fluuii Canta.

Canton.

Canton, à louio dicta Canta, ciuitas non minor Vlissi-
pona, adeò concinne fabricata, vt nulli cedat ciuitati Eu-
ropæ, tantæq; negociationis, vt nō rarò ibi videre liceat
simul quingētas naues onerarias ingētes exterorū, vti Le-
quiorū, Iaponū, Luzonū & Indorū. Hic optimi cōficiūtur
gladii, magnaq; copia & mercatura est æris, aluminis, cin-
namomi, serici, musci, rhabarbari, margaritarum & argéti.

Siguima-
tum.

Siguimatum, hīc plurimi degunt mercatores, tum la-
pones tum Indi.

FUCHIEN REGIO CHINÆ.

Cinceum; huc singulis annis Lusitani ex India venien-
tes factoriam habent, quam Rex huius regionis concessit.

Fuchien.

Fuchien, ciuitas mediterraneo loco sita, metropolis re-
gionis, optimis plateis & ædificiis ornata, ad fluuum na-
uigabilem extructa; atq; eodē ferè circundata; hoc fluuo
aduehuntur merces quam plurimæ aromaticæ, salis, &c.

COCHEAN REGIO CHINÆ.

Cochean.

Cochean, metropolis huius regionis, sita ad fauces flu-
uii Caramarani: Ciuitas à Lusitanis vocatur *Liampo*, cele-
bris ob mercaturam serici & porcellanæ.

Chelim.

Chelim, ciuitas magnifica & illustris apud hanc gentē.

NAN CHIN REGIO CHINÆ.

Nanchin.

Nanchin, ciuitas maxima, in qua propter amœ-
nitatem.

nitatem s^æpè residet Chinæ Rex.

ZAITON REGIO CHINÆ.

Zaiton, metropolis regionis, magnæ negotiationis. *Zaiton.*
Etenim ad eam concurrunt infinita naues ex India & Ca-
taio, quæ h^{ic} sese onerant porcellana, serico & sacchare
hoc tempore expurgato.

QVINSIA REGIO CHINÆ.

Vnguen, hic conficitur magna copia Sacchari ex can-*Vnguen.*
nis, quæ ibi mira vbertate proueniunt plantatæ.

Quinsai, ciuitas maxima Orientis, imò totius vniuer-*Quinsai.*
si, circuitum habet C.milliarium. Hæc principi suo causâ
mercium, salis potissimum & aromatum, maius reddit ve-
ctigal, quam Regibus Persarum olim pendebat Babylo-
nia. Sita est in aqua, veluti Venetiæ, vicina faucibus fluuii,
supra quem ad miraculum vsq; cōstructi sunt pôtes quam
plurimi. Ciuitas sanè amœnissima. Vnde etiam à Chinen-
sibus nomen habet *Quinsai*, quod eorum lingua significat
ciuitatem cœli. Nihil est quod ad voluptatem faciens, ibi
desideretur, copia ibi auiū, piscium. Venatus piscium ibi
mirus cum corvis domesticis. Hic s^æpè residet Princeps
Chinarum, qui est potentissimus totius Orientis: tam di-
ues, vt solum regnum Canta, quod minimum est, singulis
annis ei pendat vltra sexcenta millia librarum argenti,
præter decimam serici, quæ excedit omnē serici quanti-
tatē, quæ in tota colligitur Europa, & vectigal salis, exce-
dens quotannis auri summas quinq;. Expendit (referente
Andrea Teuet) aliquando in uno bello contra Reges Mo-
in, Tipora, & Barma vnitos, spatio quatuor mensium ul-
tra viginti millions auri.

Cheiuan,

Cheuan.

Cheiuan, hinc nomen desumit sinus maximus Asiae.
Hic Chinenses plurimum habent militem contra Tartaros.

Gengium.

Gengium, ciuitas populosa; Hic cum magna diligentia incumbitur Medicinæ studio.

Pagan.

Pagan, vna ex maximis ciuitatibus huius tractus.

Sanfi.

Sanfi, hic referentibus Chinensibus, ante paucos annos maximum fuit diluuium, decidentibus etiam e cœlo trahibus igneis.

Dacen.

Dacen, hic incolæ modum belli gerendi à Turcis dicere, qui huic populo eōtra Lusitanos succurrere solent. Non desistunt tamen ideò Lusitani, atq; id cum insignibus victoriis, inter quas admirabilis fuit ea, quam ante paucos annos habuit Men Lopes duodecim nauibus instructus, quibus prostrauit plures quàm centum triremes, aliasque naues remis agitatas.

PAZZEN.

Pazzen, huc confluunt varii mercatores Chinenses & Arabes ad coēmenda aromata.

Barro.

Barro, ciuitas mediterranea, auri ditissima.

Andragida.

Andragida, hic multi sunt Anthropophagi.

Paliban.

JAVA INSULA INDIÆ.

Paliban, anteà valde diuers, cùm huc appellerent omnes naues, quæ ex India & China profici solebant Singapuram: cùm autem iter illud relictum esset, propter negotiationē Malaccensem, à Mauris iterum hæc ciuitas renouata, in eum finem, ut transitus non amplius fieret per Malaccam, quæ fuit anteà eorum colonia.

Agaciu,

Agacin, celebris ciuitas, ob mercatorum ex variis locis aduenientium copiam. *Agacin.*

Temir, ciuitas Regia cum gente Mahumetana. *Temir.*
Megapeger, loco mediterraneo sita ciuitas, Metropolis, amœna valdè, ideoq; hîc degit Rex potētissimus totius Iauæ insulæ. *Megapeger.*

Pirech ciuitates illustres, singulè proprium habent *Pirech.*
Bendā Principem sedetæ Mahumetanæ. *Bendan.*

MACCAZAR INSVLA.

Senderem, ciuitas ad magnum lacum sita, valdè populosa, magnæ negotiacionis, ob copiam, q̄tiæ eò aduehitur, auti & laccæ. Huius princeps instar Imperatoris cuiusdā honoratur, multosq; Principes habet subiectos. *Senderem*

Supana, ciuitas principalis cum proprio Principe. *Supana.*

MALVCCÆ INSVLÆ.

Terenate, metropolis insulæ, hic residet Gubernator ex parte Regis Lusitaniæ. Habentque hic Iesuitæ collegium, quod sumptibus Lusitani Regis sustentatur. *Terenate.*

MAVRVS INSVLA.

Tolon; hic prædicatur hodiè à Iesuitis Euangeliū. *Tolon*

BORNEI INSVLA.

Bornei; metropolis insulæ, magna parte ad vndas sita, zdes ex ligno affabré paratas habet. Hic residet Rex splendide vitam agens. *Bornei.*

Laum, Regem habet proprium, sed idololatrum. *Laum.*

BVTVAN.

Magdandum, ciuitas valdè celebris: hic residet Iesuitæ. *Magdandum*

LEQVIORVM INSVLA.

*Cinche.**Cinche*, ciuitas maritima, magnæ negotiationis.

IAPAN INSVLA.

*Congossima.**Congossima*, ad mare sita ciuitas; hic Franciscus Xauier Nauarrus Societatis Iesu prædicauit Euangelium.*Ossacaria.**Ossacaria*, ciuitas totius Insulæ maximè illustris, & totius oriëtis ditissima: hic plures mille sunt mercatores, quorum singuli ad minimum habent triginta millia aureorū, aliorū verò bona excrescunt ad summam incredibilem. Ciuitas libera est, & inexpugnabilis; habebat tamē præsidium trium millium militum, sed extra ciuitatem more Tartarorum Orientalium, qui militibus in ciuitates non dant ingressum, nisi ad necessitatem eorum.*Amangucci**Amangucci*, ciuitas magna, sed ædificia sunt cōstructa ex lignis, sicuti magna ex parte reliquæ ædes huius Insulæ.*Bungum.**Bungum*, metropolis Regni, ciuitas maxima, optimum habet portum maris; hic infinitus' est Christianorum numerus, prædicaturq; Euangelium. Seminarium hic est, in quo Europei addiscunt linguam Iaponicam, & contrala-pones linguam Lusitanicam, & aliqui etiam Latinam.*Fianoia-*
*ma.**Fianoia*, hic Bonsiorum (hoc sacerdotum gentili-um) generalis. Lacum habet valde piscibus refertum & magnum. Hortos quoque ad lacum plurimos reficiend: animi gratia constructos.*Meacum.**Meacum*, ciuitas totius insulæ maxima, licet hodiè non tanta, quanta antea, cùm circulum habent, viginti & vnius milliarium, cùm hodiè defecerint tertia parte ob bella, quæ lapones inter se habuerunt, est tamen & hodiè

valdè

valdè habitata, sedemque hīc habet summus magistratus Iaponiæ, qui tribus constituitur viris: Quorum primus est Zazo, qui repræsentat nostrum Pontificem, caputque est religionis: Alter est Voo, qui præest causis honoris, titulorum, & dignitatum. Tertius est Cubacama, hic pacem debet custodire inter principes Iaponiæ, quorum quatuordecim principes sunt monetam cudentes. Paucis annis clapsis in fauorem Christianorum occiderunt Meacenses suum Mubacama.

Nara; hic vñus est Pagode (idolum Indicum) ex metallo, magnitudine excedens Colossum Rhodi: est quoq; magna quantitas ceruorum domesticorum quos adorāt. Lacum præterea habet refertū piscibus quos alunt oriza.

Cois, hanc ciuitatem ita venerantur incolæ, vt omnes *Cois.* Principes soleant testamento tuo sepulturam, si non totius corporis, saltem dentis vnius ibi destinare. Hic templum est ingens Bonsio vni nomine Combodassi sacrum, cui seruiunt tot Bonsii, vt vel magnum castellum eos vix caperet. Fuit autē Combodassi inuentor literarum, quibus communiter vtuntur, quem incolæ adhuc viuū existimant. Ingressus nanq; viuus cùm esset sepulchrum suum, non fuit postea inuentus.

Cauaci, hæcapud populos Tosonos est metropolis. *Cauaci.* *Bandum;* Hic floret studium Bensorū, quod dicitur esse maius vniuersitate Parisiensi, concurrentibus eò quasi omnibus Iaponibus gradus illius acquirendi gratiâ, quæ valdè ambiunt, tū honoris ergo; honorantur namq; Bonsii, tum verò redditum, quibus fruuntur, in quam plurimis monasteriis & commendis, quæ Idolis dedicata sunt. *Bandum.*

Aquila.

Aquila, ciuitas celebris ob negociationem extero-
rum, licet satis sit frigida, cùm sit in parte septentriona-
lissima insulæ.

FIRAND INSVL A VICINA IAPONIAE.

Firand.

Firand, metropolis Insulæ, quæ & nomen insulæ dedit.
TARTARIA MINOR.

Cafa.

S. Clemē-
tis tēplū.

Cafa, colonia est Genuensium: in hac ciuitate multa
adhuc Monachorum integra sunt monasteria. Viget hic
mercatura pisciū, ceræ, mellis & corii. *S. Clementis templum*,
ab Angelis extructū ante multos annos, in mediis flucti-
bus, ad hoc templum singulis annis patebat ingressus in
festo eius, ita ut siccis pedibus ingredi liceret: Honoratur
à vicinis propter varia miracula, imago quædam B. Virgi-
nis, etiam à Turcis & Tartaris volentibus continuò illam
ardere candelam: idq; factum dicitur opera Mahometi
Cerei Tartari, qui cum votum fecisset B. Virginis, elapsus
est è medio inimicorum eum occidere volentium.

Azon.

Azon, aliter dicitur Tana, ad Tanais fluuii ostium; pri-
mūm fuit sub Venetis; hodiè sub Turcis: Verūm valde à
Moschouitis infestatur: qui eò nauigant secundo fluuio.

TARTARIA ZAGATAIA.

Schaisara

Bochara.

Maracanda.

Schaisara, ciuitas magnæ negociationis.

Bochara. Huc concurrunt mercatores quām plurimi
ex India & Cataio. Hic residet proprius Cham ex iis, qui
à pileo viridi nomen desumunt.

Maracanda, à Persis Samaracanda, sita ad ripam fluuii

Amo,

Amo, metropolis est Mautinacherorum, licet non eius
splendoris & quantitatis, cuiusolim, quando imperium eius
dilatebatur usq; ad Persiam. Hodiè hic residet unus Cham
ex Tartaris Mosolimannis: ostenditurq; sepulchrum Ta-
morlani in Moschea quadam. Hic videre est miraculum
quoddam in templo S. Ioannis Baptistæ. Etenim columna
quædam, quæ anteà sustinuit tectum templi, eleuata cer-
nitur à terra tribus palmis, idque inde accidit, quod Sa-
raceni volentes templum destruere, lapidem, qui basis lo-
co fingebar, abstulerint. Huc mercaturæ gratia plurimi
ex Cataio adueniunt. Præterea & hac transit Carouana,
quæ ex Persia.

TVRCHESTAN REGNUM TAR- TARIAE.

Ocerra, ciuitas magnæ negociaitionis, metropolis.

Ocerra.

Calba, ad ostium fluuii Tachosca. Ex hac ciuitate di-
cuntur originem trahere Turci.

Calba.

Pein; hic consuetudo talis est, si maritus absit diebus
XX. licere mulieribus nubere alteri ad placitum.

Pein.

Bach, ciuitas Tartarū pilci viridis, estq; magni negotii.

Bach.

Cotan, huc adfertur ex Cataio tanta musci copia, vt ad-
mirationē excitet, qui fieri possit, vt tāta colligatur copia.

Cotan.

TANGVTH REGNUM TAR- TARIAE.

Chinchitalas. Hic conficiuntur specula optima, gladii que
optimæ aciei, & quoddam telæ genus, quod purgatur, dū
in ignem conicitur.

Chinchitalas.

Succuir ciuitas, circa quam colligitur copia Rhabar-
bari tanta, vt mercatoribus venientibus ex Tauris, Siras &

Succuir.

Coras.

Cairo integrum summam vendant duobus Saggis auris,
qui valent circiter tres coronatos aureos.

Coras, ad montem Altai: Hic sepeliuntur omnes Imperatores Tartari.

CATACORAN.

Caracoran, ciuitas magna, caput regionis cuiusdam.
Hic conuenerunt Tartari vocati à Cingi, ut crearent eū
illorum Cham, contra Moir Prestigianum.

Taigin.

Taigin: Hic Cingis mortuus est à balena percussus.

Campion.

*Campion, ciuitas principalis, Hucusq; mercatoribus
conceditur profectio per Carnanam singulis annis, qui &
inde redeunt diuites onusti Rhabarbaro, Mulcho, Chai-
catai, & Cina, quam eō deferunt Chinenses. Hic viget ars
Typographica, studiumq; Chymiae.*

Singui.

*Singui, anteā Issedon Schitica; hic magna est copia
boum quorundam elephantis æqualium.*

Erigaia.

*Erigaia; Hic excellentissimi conficiuntur panni ex
pilo chamelino atque etiam ex lana.*

Erginul.

Erginul, hic magna musci copia colligitur, eiusq; perfectissimi, ob spicæ nardi, qua animalia, ex quibus conficitur muscus, aluntur, copiam.

Galatia.

Galatia, ciuitas ferè tota à Nestorianis habitata.

CATAIVM, olim SERICA.

Lognon.

*Lognon; hic cōficiuntur excellentissima arma omnis
generis, potissimum verò gladii: Hucq; singulis annis appelle
tum Carnana tam ex vna quam altera India.*

Caraian.

*Caraian, sita ad lacum salsum refertum ostreis; Hic
mulieres ornatus ergo dentes deaurant, atque non ipsæ,
sed eorum mariti post partum XL. diebus continuis lecto
decumbunt. Tanta hic auricopia, ut propter illud per-*

mutent

mutent cum argento, quod aliunde per mercatores ad-
vehitur.

Vncian, ciuitas vna principalis.

Caindum, caput sui districtus, ciuitas satis à mercatori-
bus frequentata, propter copiam velorum certi generis,
quæ ibi conficiunt subtiliora quàm sericea, ex corticibus
quarundam arborum.

Iazī, ciuitas magna, mercatura celebris.

Tebeth, metropolis suæ regionis; ad quam licet peri-
culosus accessus sit, ob varias feras: non tamen suis caret
mercatoribus ob infinitam ferè quantitatem Coralli, quo
hic vtuntur monetæ loco, atque ob muscum, cuius ibi est
maxima abundantia, cùm animalia ibi enutriantur, ex
quibus muscus conficitur, quasi per greges vescantur spi-
canardi, cuius ibi magna copia.

CATAIVM VERVM.

Cacianfum, hic inter cætera aromata crescit radix vo-
cata Chiacatai, utilis stomacho, & Podagræ.

Panconia, celebris ob varia cōmercia, concurrentibus
eò mercatoribus etiam ex India. Hic venatus causa nō ra-
rò agit magnus Cham: cùm ibi inter reliquas feras vna in-
ueniatur nomine Marincusach, vultu puellam referens,
reliquo corpore leonē, exceptâ caudâ, quæ est Scorpionis.

Vgune, caput est sui districtus, hic mulieres reperiun-
tur pulcherrimæ.

Sindicin, hic optima arma conficiuntur, quibus ex
mandato Magni Cham instructæ sunt omnes munitio-
nes: idque, quia sæpè contingit aliquos ex ciuis cognatis
rebellare.

Tenducho;

Vncian.

Caindum

Iazī.

Tebeth.

*Cacian-
fum*.

Panconia.

Vgune.

Sindicin.

Tenducho

Tenducho; Hic, antequam à Tartaris caperetur, sedes erat Prestigiani; alterius ab eo, qui est Abassix.

Siāganor.

Siāganor; Hic venationis gratiâ Princeps eorum duobus mensibus quotannis solet residere.

Saind.

Saind; hæc quoq; ciuitas est venatui accommoda.

Gonza.

Gonza; Hic à paucis annis inceperunt colere vineas, quod in aliis partibus Cataii non fit.

Cambalū

Cambalum, quod secundum quosdam est antiquorum Issedon Serica: maxima ciuitas, circuitum habens maiorem viginti milliaribus, sita ad ripam fluminis Polisangi, optimè munita, mercatoribus referta, existens in centro Cataii. Affirmatur certò nullū esse diem, quo præter cæteras merces eò non deferantur mille currus serico onusti ex China. Metropolis est Cataii. Hic residet Magn' Chā, maximus Imperator Tartarorum. Pons hic est totius orbis splendidissimus & admirabilis ob suam quantitatem.

Cazardin

Cazardin ad Oceanum, portus est. Prope hanc ciuitatem venatus est excellens, ideoque eo non unquam se se transfert eorum princeps.

Sitingui.

Sitingui, ciuitas principalis suæ regionis.

Chiang.

Chiang, ad mare sita, ciuitas magnæ negotiationis.

Ciorza.

Ciorza, ciuitas magni momēti, caput suæ prouinciæ.

Ron.

Ron, metropolis Limoange insulæ. Hie lapides reperiuntur aliqui dicti Garof, qui sistunt sanguinem, ita ut per nullum vulnus effundi possit.

ANIÆ REGIO.

Anian.

Anian, ciuitas principalis, Aniæ regionis. Reliquæ verò Aniæ ciuitates ignotæ sunt.

DESCRIB-